



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Remissio Reorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

Septimò, an liceat Episcopo se absen-  
tare ab Episcopatu suo, etiam propter  
perpetuum morbum. Respondetur,  
quòd non, ita sac. Cong. declar. 392. in  
meis, & ca. 1. sess. 6. & ca. 1. sess. 23. de refor.  
fac. Conc. Trid.

Octavò, quando residentia excuset  
propter inimicitias, vide in ver. privatio,  
§. 4. dñ. 1. & in ver. inimicitia, §. 2.

Nonò, quando excusetur à residen-  
tia propter infirmitatem, vel propter se-  
nectutem, respondetur à sac. Congr. de-  
clar. §. 11. in meis, in hæc verba: *Si ibi non  
adeest copia Medicorum, vel medicinarum,  
potest per Episcopum dari dilatio trium,  
vel quatuor mensium, ut agrotus in locis  
vicinioribus curetur; senectus autem non  
excusat à residentia, sed debet poni Vicari-  
us idoneus cum assignatione congrua por-  
tionis ex ipsius parochialis redditibus.*

Decimò, de residentia Episcopali, &  
de residentium privilegiis, & non resi-  
dentium pœnis, vide Pium IV. Bul. 17,  
qua incipit, *De salute gregis*, & Bul. 215,  
qua incipit, *In supremo*, & contra non resi-  
dentes procedit Auditor Camerae  
Bull. ejusdem 123. qua incipit, *Cum tam-  
per*.

Undecimò, causæ rationabiles dis-  
penlandi in casu residentia enumeran-  
tur multæ à Gemin. in capit. licet Canon,  
§. super residentia, de elect. l. 6. Prima cau-  
sa studii, & maximè Theologiae. Secun-  
da, intemperies aëris. Tertia, infirmitas.  
Quarta, inimicitia. Quinta, peregrina-  
tio. Sexta, servitium Papæ: vide Rebuff.  
loco cita. superius, §. 2.

## REMISSIO REORUM.

Soler interdū inter Metropolitanū, &  
suos Suffraganeos, & inter ipsos Suffra-  
ganeos, & Iudices ecclesiasticos, ac tēpo-  
rales sæpe controyerti circa remissiones  
delinquentium, ideo pro praxi magis  
quotidiana attingam quædam, quæ sunt  
in usu frequentiori.

## SUMMARIUM.

- 1 An si quis deliquit in Dioecesi alteri-  
us, & post confugit ad Dioecesim su-  
am originariam, teneatur iudex origi-  
nis remittere eum ad iudicem delicti.
- 2 Quando fiat remissio Clerici capti à ju-  
dice ad iudicem ecclesiasticum.
- 3 An Episcopus possit citare suum contuma-  
cem contra suam Dioecesim sine licentia  
illius Episcopi.
- 4 An ratione contractus possit quis, vel  
debeat remitti ad locum contractus.
- 5 Cujus expensis fieri debeat Clerici re-  
missio.
- 6 An Episcopus possit repetere clericum  
suum ab alio detentum.
- 7 An fiat remissio etiam in civilibus, vel  
quando de crimine agitur civiliter.
- 8 Si quis petat à Principe remissionem, vel  
gratiam alicujus delicti, non facta men-  
tione se prius obtinuisse aliam remissio-  
nem seu gratiam similem simili delicti,  
an valeat.

**A**D primum, præmitto, multis mo-  
dis sortiri forum, gloss. in c. 1. 3. q. 6.  
& in c. si. de foro compet. & cap. 1. §. con-  
trahentes, eod. lib. 6. & dico primò, quòd

E e e

remissio

remissio, non debet fieri, nisi iudex delicti petat remissionem, in *Authen. ut nulli iudicium, collat. 9. §. si quis verò comprehensarum, cap. 1. de raptor. & Clem. fin. & ibi glos. in ver. de more, de re jud. Covar. pract. quest. c. 2. num. 4. ver. 20. & nu. 5. vers. 3. Diaz Pract. crim. can. cap. 8. 9. & 10. Boss. tit. de foro comp. a num. 46. Penga. Com. 33. in 3. pa. Direct. Inquisit. numero 132. Dico secundò, si non petitur ista remissio à iudice delicti, non tenetur iudex, qui detinet reum, illum remittere, Bal. & alii in l. 1. C. ubi de crimine agi oportet. Anan. in cap. 1. num. 8. de raptor. Abb. in c. ult. col. 8. de foro comp. & in d. c. 1. nu. de raptor. & ibi Felin. colum. 4. Gui. Pap. quest. 102. Hippol. in practica, §. opportuno, nu. 33. Covar. loc. cit. vers. 4. Dico tertio, potest iudex remittere reum, etiam si non petatur ex quadam urbanitate ad iudicem delicti, Pan. in consi. 24. lib. 1. & Doct. loc. cit. & juxta has duas conclusiones intelligitur declaratio sac. Còg. 138. ubi dicit, presbyter delinquens in sua diocesi, si in altero loco reperitur, debet remitti ad suum Episcopum. Dico quarto, quod non tenetur iudex remittere reum, etiam petente iudice delicti, quotiescunque per sententiam ipsum reum iudex, qui prævenerit, condemnaverit: Salic. in l. 1. C. ubi de crim. agi oportet. Bal. in l. exequutorem, C. de ex. eq. rei jud. num. 27. Marian. in c. 1. n. 8. de raptor. Afflict. in Constitutione Regni, Rub. 41. num. 12. Covar. loc. cit. num. 6. ver. 6. Chaffan. in Consuet. Burg. Rubr. 12. n. 19. quia remissio fit de condemnando, & non de condemnato. Dico quinto, nec tenetur remittere iudex ipse, qui prævenerit in citatione reali, seu captura, & in*

causa cognitione; Jac. de Ravenna, & Alber. in l. haeres absens, §. si quis tutela, nu. 8. ff. de iud. Jac. de Bello viso, in repet. §. contrabentes, nu. 121. Anch. in c. postulasti, nu. 14. de foro competenti, & in c. 2. num. 8. de consue. lib. 6. Covar. l. c. quamvis in dictis, in 4. & 5. conclus. contrarium videatur tenere Boss. loc. cit. num. 48. & citat Felin. in c. fin. de foro compet. & Marian. & Soc. in c. postulasti, ver. 9. ad 5. Alex. in l. a Divo pio, §. sententia, col. 4. ver. & sic erit conclusio, ff. de re iudic. & hoc solum, quoad executionem sententiae datae à iudice domicilii, seu originis, non quoad sententiam: tamen tenendum est, quod dixi, nam quamvis opinio Bossii sit vera, tamen loquitur de executione sententiae, & non de sententia: praeterea quia regulariter eisdem iudicis est, ferre, & exequi sententiam, pro dicto Boss. videtur facere Inn. in c. ex ore, de privil. et si possit juxta dicta in 1. & 2. concl. Dico septimò huic remissioni est locus in criminibus gravibus, & in his, quae levia non sunt, Cyn. in Auth. quae in provincia, C. ubi de crim. agi oportet. Anchar. loc. cit. Capel. Tolosana, quest. 319. gloss. in cap. fin. de foro comp. in ver. razione delicti, ubi dicit, et si crimen grave sit, Covar. loco cit. num. 8. ver. 7. vide Boer. decis. 29. ubi tractat de hac remissione reorum, & Vinc. de Franch. decis. 88. nu. 50. dicit non esse locum remissioni ad iudicem delicti, quando iudex domicilii, & originis prævenerit in cognoscendo, & ita fuisse decisum ait, imò nec in levibus fit remissio, etiam iudice delicti inquirente, Addit-

ad

ad Abb. *litera L. & allegat. l. de servorem, allegatam à gl. ibi.*

Hic accidit casus quotidie practica- bilis. Clericus quidam alienigena com- morans Neapoli, facit delictum aliquod, capitur à Curia Vicariæ ad hoc, ut do- ceat de Clericatu. Archiepiscopalis Cu- ria Neap. petit remissionem ratione de- licti, & Clericatus, dubitatur, an iste Cle- ricus (dum ista pendent) si aufugeret in patriam suam, possit à iudice originis castigari? Respondetur primò, non pos- se, quia non petit eum remitti. Secundò, si ipse Clericus sponte se constituerit coram iudice originis ad evitandum pœ- nam iudicis delicti, quod tunc si fuit punitus à iudice delicti sufficienter, non potest eum punire iudex originis. Ra- tio est, quia ratione delicti, domicilii, & originis, est quis propriè subjectus, c. *ex parte. c. delicti, c. cum contingat, de foro comp. Covar. l. est. num. 6. ver. 6. Diaz. loc. c. cap. 3 & Covar. lib. 2. c. 10. n. 6. ver. 2. Mar. 4. p. dist. 1. nu. 20. & infra.* si ille verò fuisset insufficienter secundùm qua- litatem delicti castigatus, tunc posset iudex originis eum punire, arg. c. *felicis, in fin. de pœn. l. 6. c. P. & G. de offi. de- leg. vide Boer. dec. 270.* ubi multa de hac materia, Guid. Pap. q. 202. n. 4. ubi habes pulcherrima pro hac practica, & iudex delicti præveniens citatione verbali, possit cognoscere, & petere reum, quan- do iudex originis prævenit in captura, & ibi ponit sex conditiones requisitas in re- missione reorum, & septimam ibi addit. Addit. Gem. in c. Romana, §. *contrahen- tes, de for. com.* & adde, quod quando re- mittitur Clericus à iudice laico ad epif-

copum, debet honestè, & non ignomi- niosè remitti, Boer. dec. 303. aliàs potest puniti iudex laicus, sic remittens eum ignominia aliqua, vide pro hoc casu in terminis Vinc. de Franch. dec. 37. per to- tam. ubi Clericum Consentinum delin- quentem Neapoli captum à Curia Vic. & petitum à Curia Archiepiscopali Ne- ap. & Consentina, potiùs remissum fuis- se Curia Archiepiscopali Neap. quàm Consentina à Curia Vic. ostendit. O- ctavo, remissio hæc habet locum etiam in crimine hæreseos, ratione criminis, vel originis, Cov. pract. q. 10. n. 12. usque ad finem.

Ad secundum, vide quæ dixi in ver. *Clericus, §. 3. 4. 5. 6. 7. & 8.*

Ad tertium, Sylvest. in Sum. in ver. *ex- communicatio, 2. nu. 10.* dicit, quod sic, & gloss. in d. §. *contrahentes in 3. notab. & Foller. in pract. crim. 4. p. 3. n. 2. Io. Andr. in d. §. contrahentes, Cyn. in l. fin. ff. de ju- risdict. om. jud. Cov. d. c. 10. nu. 7. ver. cate- rium, per multa dicit hoc non posse fieri, & Maran. 6. par. tit. de cit. nu. 40. & Af- flict. in Constit. Edictorum, 4. par. circa me- dium, isti omnes dicunt, non posse iudi- cem unius territorii citare aliquem reum suæ Curia in alieno territorio latitan- tem, vel commorantem, sine licen- tia iudicis illius territorii. Benè tamen omnes dicunt, quod iudex ille requisitus teneatur exequi illam citationem, alio- quin potest haberi recursus ad suum superiorem, ut eum ad id compellat, Covar. & Maran. loc. cit. vide Bald. in Marg. Inn. in ver. *iudex, & Inn. in c. licet, de foro compet.* & si iudex illius terri- torii ad requisitionem alterius negli-*

git citare reum, tunc ille iudex extra territorium suum poterit citare illum. Bar. in *Extravag. ad reprimendam, in versi. per edictum*, vide plenius Gom. *tract. de neglig. in q. 28. de triemali poss. casu 193.*

Ad quartum, gl. in d. c. *de foro comp.* dicit, quod in contractibus sit locus remissioni, gloss. in d. §. *contrahentes*, dicit quod non, idem Abb. & Butrius in d. c. *de foro compet.* & Covar. loco cit. dicit quod sic, quando intervenit iuramentum, tamen dat modum practicandi, ut in citatione inseratur contractus, ad hoc, ut iudex domicilii, vel loci, in quo reperitur ille, qui se obligaverat, agnoscat ius legitima cognitionis, & petitus fiat remissionem, & sic habet non sufficere solum contractum ad causandam remissionem, sed vel domicilium, vel residentiam, & quod dixi in contractu iuramento vallato esse locum remissioni, idem dico de obligatione facta in forma Cameræ, per d. Sta. Galleii, in *formula, q. 2. n. 1. 2.* vide Iser. in *usib. feud. in rubr. qua sunt regalia, nu. 46.*

Ad quintum, videto Boer. *decis. 203. num. 12.* ubi dicit, ex mente multorum, quod remissio debet fieri sumptibus Clerici capti, si est solvendo, aut in defectum instigantis, vel Episcopi requiritis, vel fisci, aut alterius iudicis capientis.

Postremo, Clericus homicida ex proposito, & industria, non repertus tempore homicidii, & captionis in habitu Clericali, & tonsura, non gaudet privilegio fori, & consequenter non debet remitti; Abb. Hosti. Io. And. & Butr. in c. *perpendimus, de sent. excom.* Boer. *decis. 69.*

*num. 17.* similiter Titius est Romæ, & mandat homicidium fieri Neap. & sortitur effectum, an ille mandans debeat remitti ad locum delicti, requirente iudice illius loci; pro utraque parte disputat Guid. Pap. q. 104; tandem concludit affirmativè.

Ad sextum, respondetur affirmativè, etiam invito Clerico, c. *dilectus, §. c. si iudex laicus, de appell.* & ibi Innoc. Bald. in l. 1. ff. *de rev. vend.* Felin. in *ca. licet, notan. ultim. de proba.*

Ad septimum, Cap. Tolos. q. 319. tenet quod non: sed vide ibi plura pro practica.

Ad octavum, respondetur, quod gratia non valet, Navar. *cons. 1. num. 48. de consuet.* Ratio est, quia animus Principis redditur difficilis, per Regulam, *Qui semel malus.*

#### REGULÆ CANCELLARIÆ URBIS.

Regulæ Cancellariæ de infirmis resignantibus habent locum etiam in resignationibus, quæ fiunt coram Ordinariis, Gom. in d. 3. q. 26. Selva *tract. de benef. 3. p. q. 47. n. 3.* similiter & de regula, de idiomate, Gom. in d. *Reg. q. 6.*

Secundò, an Regulæ Cancellariæ obligent extra Curiam Romanam? vide eund. in q. 2. *proem. Reg. Canc.*

Tertiò, quomodo concedantur in Urbe, & extra, vide eundem ut *sup. col. si. ver. §. tamen circa.*

Quartò, quando intelligatur dictis Regulis esse derogatum? vide in q. 6. *proem. col. 1. in fine §. col. 4. & q. 5. col. 1.*

Facit